Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ysaye primo
Visio ysaie filij amoz quam vidit super
iuda et iherusalem in diebus ozie ioathan achaz
et ezechie regum iuda audite celi
audite terra quia dominus locutus est
filios enutrivi et exaltavi ipsi autem spre
verunt me cognovit bos possessorem suum
et asinus presepe domini sui israel autem me non
cognovit et populus meus non intellexit
ve gente peccatrici populo gravi iniquitate
semini nequam filios scelestos dereliquerunt
dominum blasphemaverunt sanctum israel abalie
nati sunt retrorsum quare quid adhuc
vos ultra addetis prevaricantes omne
caput languidum et omne cor merens
a planta pedis usque ad verticem non est
in eo sanitas vulnus et livor et plaga
tumentes non est circumligata nec curata
medicine nec fota oleo terra vestra
deserta ciuitates vestre succense igni
alienigene terram coram vobis devorant alie
et desolabitur sicut in vastitate hostili
et derelinquetur filia sion vt vindemiatorium
in vinea et sicut tugurium in cucumerario
et sicut ciuitas quam vastat nisi dominus exer
cituum reliquisset nobis semen quasi sodoma
fuissemus et quasi gomora essemus